

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Assuerus Ampzing

**Programma In Obitum Viri Honorati eruditii & industrii, Hermanni Hartwichii,
Illustriss. Ducum Megapolit. Consistorii Protonotarii, nec non Quaestoris &
Oeconomi**

Rostochi[i]: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777516888>

Druck Freier  Zugang



A ssverus, J.,
in H. Hartwich.

Rostock, 1626.

31

PROGRAMMA

In Obitum

Viri honorati eruditij & industrij,

HERMANNI
HARTWICHII,

Illustriss. Ducum Megapolit.

Consistorij Protonotarij, nec non
Quæstoris & Oeconomi.



RostochI

Literis Joachimi Pedani Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXVI.

34 1626. gbr.



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTO-
CHIENSIS

JOANNES
ASSVERUS

Ampsingus Transisulanus Med.
D. ac Professor.



Aucis ante diebus duos Infan-
tes fraterculos Germanos luētus
prosecuti sumus. Et terra man-
davimus: nunc senem effere-
mus 85. annorum. Sic
Mista senum ac Juvenum den-
santur funera, nullum
Sœva caput Proserpina fugit.

In funeribus Infantum diximus quod vigore divini
fœderis sancti sint, ac citra omnem dubitationis a-
leam, salvandū: quippe qui ea estate ob gravia de-
lita

licita & peccata mortalia quae nulladum perpetrare possunt, sedere divino excidere nequeant. Adulterorum diversa est ratio, qui, quando non ambulant coram Domino, nec integritatem colunt, sed contra conscientiam gravibus peccatis sese polluant; a Dei sedere excidunt, ut exempla docent Manassis, & Davidis & aliorum. De his queritur unde nam consolationem veram & solidam habere possint? Respondeo, non aliunde quam ab aeternitate dicti divini sedis. Desponsabo te mihi IN AETERNUM, Desponsabo te mihi in justitia & judicio, in misericordia & miserationibus, desponsabo te mihi in fide. Hos. 2.19. Et iterum. Montes commovebuntur, & colles contremiscunt: misericordia autem mea non recedet a te, & Fœdus pacis meæ non movebitur, dicit miserator tuus Dominus Esa. 54,10. Hic murus abeneus esto.

Quid vero Diabolus? Machinas adhibet & arietes quibus hunc murum quatiat, neimpè Carnificinam malam Conscientia: quæ pacari nequit nisi dulcedine & veritate promissionum Dei. Stat enim illud. Si condemnat nos conscientia seu cor nostrum; Deus est major corde nostro, i. Joan. 3,20. Et, si nos infidi sumus:

A 2

ille

ille tamen fidus manet , seipsum abne-
gare non potest. 2. Timoth. 2. 13. Cum igi-
tur fideles Adulti vident se per enormia delicta Dei
fædere excidisse : statim sint solliciti de revertendo.
A parte enim Dei, fædus nunquam rumpitur, &
ut rumpatur impossibile est. Hac se consolatione
erexit Manasses, cum inquit, immensa est &
impervestigabilis misericordia promissio-
nis tuæ. Et, tu Domine secundum boni-
tatem tuam promisisti pœnitentiam remis-
sionis peccatorum. Et David tum alijs , tum
verò Psalmis 6. 32. 38. 51. 88. 102. &c. Et Au-
gustinus : Scio quidem & fateor quod Con-
scientia mea meretur damnationem , &
pœnitentia mea non sufficit ad satisfactio-
nem. Parce ergo mihi Domine , qui non
vis mortem peccatoris , &c. & iterum .
Scio quidem & fateor , quia peccator sum ,
& peccatum sponte subiij , & justè non ex-
audior , quia non obedivi , Utiq; bone Do-
mine peccavi , erravi ; Verum tamen te non
negavi , nec detestor gratiam tuam. Ideo
fac mecum secundum misericordiam tuā.
Huc spectat Doctrina Ecclesia de pœnitentia &
Capa

Cœna Domini, per quæam quia à Dei sœdere descivere-
runt, revocantur, & rursum cum Christo coales-
cent in unum corpus Ephes. 5. v. 30, 1. Cor. 10. v. 16.
quorum locorum veluti paraphrasin tradit Augustinus, cum inquit. Confirmetur mens mea
inter tanta mysteria dulcedine præsentiae
tuæ, sentiat te sibi adesse & hæetur coram
te. O ignis qui semper laces, ô amor qui
semper ardes, dulcis Christe, bone Jesu,
lumen æternum & indeficiens, panis vitae
qui nos reficis & in te non deficis, quoti-
die comederis, & integer semper manes:
resplende mihi, accende me, &c. ut ad sa-
lutem animæ meæ manducem cibum car-
nis tuæ: quatenus manducando te, vivam
de te, vivam per te, perveniam ad te & re-
pausem in te. Claudio hic doctrinam consolatio-
num, quæ ab aeterno Dei sœdere ducuntur, & ad
rem præsentem me confero.

Diem obiit vir primarius & honestus HERMANNUS
HARTVICHII senex annorum 85. Nam natus fuit
anno 1541. Lubeca, Patre PAULO HARTVICHIO
ministro Senatus ibidem per annos totos 40. Matre
verò, ILSA HARTVICHIA, qui quidem parentes nihil
fecerunt reliquum quin filium hunc suum præceptis

A 3

picta-

pietatis & bonarum artium in schola patria in prima illa etate imbuendam curarent. Postea nimirum anno 1566. 23. Decemb. ad hanc Academiam seu ad ubiorem studiorum mercatum amanda- runt.

Anno 1571. 24. Januarij Rectore M. VA-
LENTINO Schacht à Reverendo Concilio Cursor
Academia constitutus fuit. Eodem anno, 24. De-
cemb. à THOMA GOEBLERO Comite Palatino Lube-
ca creatus fuit Notarius publicus.

Anno 1572. mense Februario amplissima Fa-
cultas Faridica Rostochiensis cum Secretarium de-
signavit. Eodem anno 22. Martij à Dominis
Consistorialibus Megapolitanis monitor & prefe-
ctus suorum pagorum & prædiorum factus est.

Anno 1575. in festo omnium Sanctorum quod
tum in 1. Novemb. incidebat, honestam & pudi-
cam omniq; virtutum sexum fæmineum ornantum
genere decoratam virginem, DOROTHEAM
Garkens / viri honorati & primarij, ANTONII
Garkens / civis Rostochiensis filiam legitimam,
Rostochij, in æde D. Jacobo sacra, uxorem duxit,
eum qua annos 45. in placido & pacato conjugio
vixit, usq; ad anni 1620. diem Aprilis 27, quo piè
in Donuino illa obdormivit, à quo quidem tempore
ille annos 7. viduus mansit & uxoristā desideratæ
mor-

mortem luxit. Fuit Conjugium hoc secundum,
quippe in quo ipsi nati fuerunt filii 6. HENRICUS,
PAULUS, THOMAS, PAULUS, FRIDERICUS, AUGU-
STUS, ♂ 5. filiae, ELSEBETHA, DOROTHEA, DORO-
THEA altera, BARBARA, REGINA, quorum 4. adhuc
supersunt, nempe ELSEBETHA, BARBARA, REGINA
♂ FRIDERICUS: reliqui vero in vivis esse desce-
runt. Ipso adhuc vivente tres conjugij vota su-
bierunt nempe ELISABETHA, HENRICUS ♂ FRIDE-
RICUS, à quibus 15. libri progeniti fuerunt, quas avus
adhuc vivus spectavit, nimis 6. ELSEBETHA
qua Caspary Voget nupsit, filios quidem duos
filias vero quatuor. Quorum rursus filiorum u-
nus HERMANNUS Voigt / uxorem duxit, ex qua fi-
lium genuit Michaelen nomine, qui hunc nostram
Defundunt proavum habuit. Ex HINRICO
Hartwich p. vidit liberos 8. nempe 3. filios ♂ 5. fi-
lias. Ex FRIDERICO, qui extra banc provinciam,
Tonnae Eiderstadorum cum pia memoria ANDREÆ ALVARDI Judicij inferioris in hac urbe no-
stra Rostochiensi quondam Secretarij filia ELISA-
BETHA matrimonium contraxit, unicum filiolam
aspergit DOROTHEAM a via DOROTHEÆ cognomi-
nem.

Anno 1584. factum est Quastor sen Oeconomus
Professorum Principum.

Anno

Anno 1600. Protonotarius Consistorij Principum Megapolitanorum declaratus est.

Finem vita habuit placidum & qualem optare sibi possit quisque Christi fidelium. Nam 26. Octobris hujus 1626. anni morbo correptus, cum eo conflatus est usque ad 31. ejusdem, quo ipso die inter 1. & 2. matutinam placide animam in manus Servatoris sui efflavit.

Hujus venerandi senis corpus exanime terra matri reddere & christianis ceremonijs sepelire constituerunt liberi & generi & tota ipsius posteritas, obnoxieque rogat cives Academicos omnes ut honorabilis sua presentia banc funeris deductionem ornent: quae ipsorum petitio cum aquivisima sit, propterea quod Defunctus noster plurimorum annorum decursu hujus Academia minister fuerit tum fidelicatum industrius: rogamus & nos ut cives Academicorum universitatem aquae petitioni libenter annuant, & hora media prima pomeridiana in aede D. Petro sacra, convenient, comitatu suo funeris deductio nem ornent, & mortalitatis sua memores tum professe ipsis, tum pro Academia, urbis & Provincia hujus incolumente vota ad Deum nuncupent.
P. P. Rostobbij a. d. 3. Novemb. Anno 1626.



CHART



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777516888/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777516888/phys_0014)

DFG

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777516888/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777516888/phys_0016)



mortem luxit. Fuit Conjugium hoc
quippe in quo ipsi nati fuerunt filii 6.
PAULUS, THOMAS, PAULUS, FRIDI-
STUS, ♂ 5. filiae, ELSEBETHA, DOR-
THEA altera, BARBARA, REGINA, quae
superfunt, nempe ELSEBETHA, BAR-
BARA & FRIDERICUS: reliqui vero in-
runt. Ipso adbuc vivente tres co-
bierunt nempe ELISABETHA, HENRI-
CUS, à quibus 15, libri progeniti fuerunt
adhuc virum spectarvit, nimirum 6.
qua Casparo Voget nupsit, filio
filias vero quatuor. Quorum rur-
nus HERMANNUS Voigt / uxorem du-
lium genuit Michaelem nomine, qui
Defundit in proavum habuit.
Hartwich / vidit liberos 8. nempe 3.
lia. Ex FRIDERICO, qui extra han-
Toninga Eiderstadorum cum pia
DREÆ ALVARDI Judicij inferioris
stra Rostochiensi quondam Secretar-
ESEBETHA matrimonium contraxit, a
aspedit DOROTHEA via DORO-
THAE.

Anno 1584. factum est Quastor
Professorum Principum.




Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 054